



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei  
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

**Ammiani, Sebastiano**

**Venetiis, 1562**

Desideria, à quibus debemus abstinere, sunt tria.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30415**

CHRISTIANA.

to fugienda est exemplo sanctorum,  
qui culpabiles se timent, & agnoscunt  
culpam ubi non est. Vnde Gregorius.  
Piarum mentium est, ibi culpa agno-  
scere ubi culpa non est. Prou. decimo  
oœtauo. Iustus in principio accusator  
est sui. Ille enim qui peccatum non  
fecit, nec inuentus est dolus in ore  
eius, signa peccati habere non ti-  
muit. uoluit enim circuncidi, & cum  
inquis deputari, & esse opprobrium  
hominum, & abiectione plebis. Vnde  
Hieronymus. Quantuncunque abi-  
ctus fuero, nunquam abiectior ero  
Iesu Christo.

*Desideria, à quibus debemus ab-  
stinere, sunt tria.*

**P**rimo, debemus abstinere à de-  
sideriis carnalibus, quæ sunt de-  
lectationes carnis. Vnde Paulus ad Romanos dicit. Et carnis cu-  
ram ne feceritis, &c. Secundo à de-  
sideriis secularibus, desideria secula-  
ria sunt honores seculares. Vnde Pan-  
lus ad Titum dicebat. Apparuit gra-  
tia saluatoris nostri Dei omnibus ho-  
minibus erudiens nos, ut abnega-  
tes impietatem & secularia desideria  
sobrietate, & iustitate, & piety uiuamus in hoc

Greg.

Pro. 18.

Hieron.

Rom. 13

Tit. 2,

seculo, &c. Tertio à desideriis nocivis. Desideria nocina sunt diuitiae temporales. Propterea dicebat Paulus ad Timoteum. Qui uolunt diuites fieri incident in tentationes, & in laqueum diaboli, &c. usque in interitum & perditionem.

I.Ti. 6.

*Deus dicitur custos septem modis.*

Primo, propter creationem. Malach. Nunquid non unus pater omnium nostrum? &c. Secundo, propter educationem. Psal. Quidat escam omni carni, &c. Tertio propter nimiam dilectionem. Non est enim maior dilectio quam patris ad filium. Io. sexto. Pater amat uos. Quarto, propter eruditionem. erudit nanque nos, tanquam bonus Pater. Quinto propter castigationem. Heb. 12. Flagellat omnem filium quem recipit. Sexto, propter magnæ hereditatis preparationem. Rom. 8. Si filij, & heredes, &c. Septimo, propter sui imitationem. Ideo se uocat patrem nostrum ut eum imitemur. Ephe. 5. Imitatores dei estote sicut filii charissimi. Quis maior honor quam habere Deum patrem.

Mal. 2.

Psa. 135

Heb. 12

Rom. 8.

Ephe. 5